



*Venerabili Fratri*

**AMBROSIO SPREAFICO**

*Episcopo Frusinatensi-Verulano-Ferentino et Anagnino-Alatrin*

*aureum ordinationis presbyteralis iubilaeum recolenti, gratulamur faustum hunc eventum et diuturnam navitatem non solum pro spiritali bono fidelium et sacerdotum in dioecesibus sibi commisis, pro iuvenum institutione necnon pro dialogo inter Christianos, in fidelitate erga Pontificem et Ecclesiae Magisterium expletam, sed etiam variis muneribus quae apud Curiam Romanam et Conferentiam Episcopalem Italiae prudenter exercuit, fervido Scripturarum amore suffultus. Dum a Christo Pastore Bono ipsi eiusque gregi divina dona exoptamus ac benedictionem, intercedentibus Beata Maria Virgine et s. Ioseph, amanter ei elargimur, orationem petimus ut grave Petrinum officium congrue explere valeamus.*

*Datum Romae, Laterani, die XXIX mensis Martii, Anno Sancto MMXXV.*

*Francis*